0
8

PARTI DEL TESTO
140.
4.
28.
BIBL. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
160
G
28

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECIMEN
INEDITAE ET HEXAPLARIS
BIBLIORUM VERSIONIS
SYRO-ESTRANGHELAE

CUM SIMPLICI

ATQUE UTRIUSQUE FONTIBUS

GRAECO ET HEBRAEO COLLATAE

CUM DUPLICI LAT. VERS. AC NOTIS.

EDIDIT AC DIATRIBAM DE RARISSIMO CODICE AMBROSIANO

UNDE ILLUD HAUSTUM EST, PRAEMISIT

JOHANNES BERN. DE-ROSSI

IN REG. PARM. ACAD. PUBL. LINGU. ORIENT. PROFESSOR

AC VICE-PRAESES FACULTATIS THEOLOGICAE

CORTON. ETRUSC. ACAD. SOCIUS.

PARMAE

EX REGIO TYPOGRAPHEO

M. DCC. LXXVIII.

FACULTATE OBTENTA.

NAPOLI

Digitized by Google

PETRO . IOSEPHO . GRANERIO

AVG. REGIS . SARDINIAE

VICTORII . AMEDEI . III

APVD . PONTIFICEM . MAX.

SVMMA . CVM . POTESTATE . LEGATO

DD. MAVRIT. AC . LAZ. EQVITI . COMMENDATARIO

GENERE . DOCTRINA . LITERARVM . FAVORE

SPECTATISSIMO

PARMENSEM . SCIENT. ACADEMIAM

DVM . ROMAM . PETIT . INVISENTI

HEXAPL. HOC . SPECIMEN

SACRVM . ESSE . VVLT

FAVSTVMQ. ITER . RELIQVVM . ADPRECATVR

AVCTOR . PEDEMONT.

XV. KAL. DEC. MDCCLXXVII.

Digitized by Google

PSAL. XL 4.

VERSIO SYR. SIMPLEX

ܝܗܒ ܒܦܘܡܝ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܚܕܬܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ
ܕܢܚܙܘܢ ܣܓܝܐܐ ܘܢܚܕܘܢ ܀

Dedit in ore meo celebrationem novam, celebrationem Deo, ut videant multi, & laetentur.

ESTRANGH. HEXAPL. INEDITA

ܘܐܪܝܡ ܒܦܘܡܝ ܙܡܝܪܬܐ ܚܕܬܐ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܢ
ܢܚܙܘܢ ܣܓܝܐܐ ܘܢܕܚܠܘܢ ܀

Elevavitque in ore meo pſalmodiam novam, laudem Deo noſtro. Videbunt multi, ac venerabuntur, vel *timebunt.*

DE RARISSIMO
AMBROSIANO BIBLIORUM CODICE
SYRO-ESTRANGHELO HEXAPLARI
DIATRIBA.

I In pretioſioribus ambroſianae bibliothecae toto terrarum orbe celeberrimae *κειμηλίοις* ponendus eſt ſane hexaplaris bibliorum codex ſyro-eſtranghelus in-fol. N. DXIII duabus columnis diſtinctus, cujus nos Pſalmum hic primum ſpeciminis gratia exhibemus cum ſimplici verſione, atque utriuſque fontibus hebraeo ac graeco collatum. Binas habere ſyros ſcripturarum interpretationes ſat a ſacris philologis animadverſum eſt, doctiſſimum arabum ſcriptorem Gregorium Abulſaragium ſecutis, qui in dynaſtiarum Hiſtoria Oxonii edita diſerte ſcripſit, unam habere illos ex hebraeo, وصاحب الصور السبعيني المنقول من اليوناني الي السرياني *alteram vero ad LXXviralis normam e lingua graeca in ſyriacam tranſlatam.* Quum vocabulum الصور, quo Abulſaragius utitur, *figuratam* verterit Pocockius, hinc verſio haec ex graeca petita *Figuratae* nomine a Waltono aliiſque criticis communiter appellata eſt ad diſtinctionem alterius, quae dicitur *Simplex.* At vero graviſſime a Renaudotio reprehenſus eſt Pocockius, quippe qui obviam vocem quae Tyrium ſignificat, ad aliam periodi partem referens, & ad originem illius attendens, fictitiam illam appellationem ac diſtinctionem invexerit, ſyris ignotam. In quo ſi licet libere dicere quod ſentio, falli mihi videtur uterque, nec Abulſaragii mentem recte aſſecutus. Nec enim aliud dictio illa eo loci deſignat, niſi eam verſionem fuiſſe formae LXXviralis, vel ad ejus normam & ſpeciem, ut nuperrime vertimus, confictam.

II. Quidquid porro ſit de nomine, illud certum eſt non ſolum inedita, ſed doctiorum bibliographorum ſententia eſſe etiam rariſſima poſterioris hujuſce verſionis exempla. Patet hinc, quae & quanta ſit raritas ac praeſtantia codicum hexaplarium, qualis ambroſianus eſt, eorum ſcilicet codicum, qui ex Origenis Hexaplis deſumpti origenianos aſteriſcos, obelos, lemniſcos exhibent. Celeberrimus eſt codex hujus generis, ambroſiano ſimillimus, quem olim poſſidebat Maſius, de quo multa Maſius ipſe, Morinus, Waltonus, Renaudotius,

Grabius, le Longius, Carpzovius, qui dolet poſt Maſii mortem ita diſparuiſſe, ut nemini unquam viſus ſit, quamvis a multis ſummo fuerit ſtudio conquiſitus. Sed quam acerbus hac in re fuerit potiſſimum Grabii dolor, quo ejus deſiderio teneretur, quam anxiae in eo conquirendo extiterint curae, norunt, qui ipſius Prolegomena ad graecam LXX interpretum editionem legerint, in quibus omnes ubique antiquarios enixe obſecrat, ut ſiquam pretioſiſſimi iſtius theſauri notitiam habeant, eam illi impertiantur. Sciebat enim doctiſſimus vir reliquos, quos editurus erat, poſt octateuchum libros eo uno fuiſſe ſervatos. Poſt tot inutiles curas quid tandem Grabius conſequitur? Ut ſciat maſianum codicem tandiu deſideratum in vico quodam haud procul Herborna naſſoviorum inter Lentii libros fuiſſe repertum, ut ex commemoratis Prolegomenis eruitur. At vero nec prece, nec ullo pretio illius uſum unquam obtinuit. Quamobrem abrupta ob id graecae verſionis editio poſt ejus fata inconſulto maſiano exemplari abſolvitur, novaque plures poſt annos a Breitingero ſuſcipitur, qui per Jablonskium, in cujus manus codex fuerat delapſus, eum edendum ſperat, & ſi quid ſuae editioni deſit, ex eo ſupplendum, publico nomine Jablonskium obteſtans, ut pretioſiſſimi ſui, olim maſiani, codicis ſyriaci editionem jam per XXV annos deſideratam, & omnium votis expetitam vel ipſe publicae luci donet, vel ſibi ejus uſum quovis pretio concedat. Quod idem votum haud ita pridem in II ſua Diſſertatione ſuper ratione textus hebraei reiteravit cl. Kennicottus.

III. Sed neutrum a Jablonskio, nec ab alio quolibet hucuſque factum eſt; quod maximam nobis de jactata illa inventione ſuſpicionem, ac dubitationem injicit. Quid enim conceſſioni obſtitit, quum paratiſſimi utrinque eſſent, herbornenſis quidem poſſeſſor codicis uſum data ſibi, quam poſtulabat, ampliſſima mercede concedere (*), editores vero ſollicitiſſimi quovis illum pretio redimere? Quod vero me adhuc luculentius in praeconcepta opinione confirmat, illud eſt, quod nihil unquam hac ſuper re ediderit Jablonskius, vir linguarum orientalium peritiſſimus, ſuaeque gloriae publicaeque utilitatis avidiſſimus, nullum ſpecimen, nullam ne vel minimam ejus notitiam, ex qua colligi queat ipſum eum poſſediſſe, aut vidiſſe ſaltem & habuiſſe prae manibus. Quonam

(*) Conſtat id ex ined. Grabii epiſt. cum Schnurrerio a Brunſio communicata: *But as for the former* (maſian) *ſyriac copy the gentleman in vvhoſe hands it is at Herborn, knovving the rarity & value of this treaſure, vvill not let me have the uſe of it, vvithout a preſent of ten pounds at leaſt.*

Digitized by Google

etiam fato factum eſt, ut tantus theſaurus, tam anxie conquiſitus, tanto labore tantoque eruditorum plauſu repertus, tanti a poſſeſſoribus habitus brevi & illico ita evanuerit, ut ubi reperiatur, aut in quas manus vix paucis elapſis annis devenerit, prorſus in Herborna ipſa ignoretur? Nam non ſolum Scholzius berolinenſis, qui Jablonskium patris ſui amicum deceſſiſſe Kennicotto nunciaverat, ipſi reſpondit, *neque Jablonskium, neque patrem ſuum unquam hoc mſs. poſſediſſe aut vidiſſe*, ſed & nuperrime Dreslerus, doctus profeſſor herbornenſis, meo de hoc nomine a cl. Schnurrerio tubingenſi orientalium linguarum profeſſore interrogatus, haec reſcripſit, quibus meo quidem judicio quaeſtio omnis dirimitur. » Inde ab annis haud paucis, inquit, operam dedi, » ut codicem maſianum exquirerem, ſed fruſtra. Quatriduum fere eſt, ex » quo in Diario quod Dillenburgi imprimitur, quaeſtionem publice propoſui, » num quis codicem aliquem antiquum ſyriacum poſſideat, vel quid cum » libris Lentii factum eſſet, noverit. Nihil vero reſponſi quod ſatisfaceret, » tuli, niſi quod bibliothecarius herbornenſis Fuchſius librorum lentianorum » indicem communicavit, in quo codicis maſiani mentio facta eſt nulla. » Unde fere conſequitur mendacem eſſe famam de codice maſiano in regione » herbornenſi quaerendo. »

IV. Non fruſtra porro haec de maſiano codice praemonuimus, quae maximam ambroſiani raritatem praeſtantiamque demonſtrant. Etenim unum ille idemque cum ambroſiano bibliorum corpus certiſſimo mihi videtur indicio olim conſtituiſſe, & primum operis volumen complexus. Eadem in utroque forma, idem character ſyro-eſtranghelus, quo antiquiores codices ſyro-biblici exarati ſunt (*), eadem verſio ex graeco LXX. interpretum textu hauſta, iidem prorſus in ambroſiano origeniani obeli ac notae, quas ſumma cura atque incredibili diligentia teſtatur Maſius Praefatione in Joſuam fuiſſe ſuo codici appoſitas. Maſianus, teſte doctiſſimo poſſeſſore ipſo, deſumptus ſub finem dicebatur, ac » converſus ad verbum de graeco exemplari, quod » manu Euſebii ad Origenis libros, qui in caeſarienſis eccleſiae bibliotheca » aſſervabantur, fuerat emendatum, cum huic ad eam rem adjutor fuiſſet ſuus » Pamphilus ». Idem omnino dicitur in ambroſiani epigraphe, quam inferius

(*) De his Aſſemanni & le Longius, quibus bini addendi ſunt, alter Pent. VIII ſeculi, cujus notitiam dedit Advocatus & poſt eum cl. Fabricy, alter vero Evangeliorum bibliothecae angelicae ſec. VII, cujus in Epiſtola ad me data in ſaracenicum Theodoſii diſtichon nuperrime meminit eruditiſſimus Georgius.

Digitized by Google

ſubjicimus. Tum ita utrique comparati ſunt, ut qui in uno deſunt libri, contineantur altero, perpaucis exceptis, qui ad integrum V. T. canonem deſiderantur. In maſiano ſiquidem habebatur Deuteronomium, Joſue, Judices, Reges, Chronica, Eſdras, Eſther, Tobias. Ambroſianus vero reliquos ordine libros complectitur, Pſalmos, Jobum, Proverbia, Eccleſiaſtem, Canticum, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Oſeam, Amoſum, Habacucum, Sophoniam, Haggaeum, Zachariam, Malachiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem & poſtremo Iſaiam. Neque enim integra biblia continet, ut innuere videntur Mabillonius in Diario italico, ac le Longius in Bibliotheca ſacra, qui quum in communioribus codicibus recenſendis fuſiorem operam ponant, noſtram hanc rariorum mſs. phoenicem vix ſub *Bibliorum ſyro-eſtranghelorum* nomine memorant. Jamvero etiam in ſingulari codice graeco chiſiano tetraplari & hexaplari, ex quo paucis abhinc annis Danielem edidit cl. de Magiſtris, Iſaias poſtremo loco, ut in hoc noſtro, recenſetur. Hiſce libris praemittuntur in ambroſiano Praefationes in pſalmos Baſilii, Euſebii, divi Athanaſii alexandrini epiſcopi, Origenis & Epiphanii, quas Pſalmi ipſi excipiunt hoc praefixo titulo: ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܫܒ̈ܥܝܢ *Liber pſalmorum juxta tranſlationem LXX.* In margine cujuſque paginae exhibentur origenianae notae, ſeu variae lectiones Aquilae, Symmachi, Theodotionis, variorumque auctorum ſcholia, ea plane ratione qua exhibentur in graecis codicibus hexaplaribus, qui nunc ſuperſunt. Nam quum diſpendioſiſſimum & graviſſimum eſſet integra Hexapla deſcribere, plerique, ut recte jam in praeliminari Diſs. ad Orig. Hex. obſervavit Monſauconius, quo minoribus impenſis quae praecipua in Hexaplis erant, nanciſcerentur, lectiones Aquilae, Sym., Theod. & alias, quae majoris eſſe momenti videbantur, in marginibus exemplarium *τῶν* O exſcribi curabant. Graecum exemplar ita ex Hexaplis deſcriptum refert noſter codex, cum eo tamen diſcrimine quod multo plures, eoſque ſaepiſſime obelos exhibeat, quos fruſtra in hexaplaribus omnibus codicibus graecis aetatem ferentibus requiras. Exemplum habes in primo hoc, quem edimus, Pſalmo, ſi ipſum cum grabiana editione contuleris. In ſolo enim obelo verſ. 6 utrique codices conveniunt. Quod vero ad origen. notarum poſitionem vel figuram attinet, eae non in lineae decurſu, ut in graecis codicibus, ſed ſupra verba ipſa pinguntur, & paullulum etiam forma a graecis diſcrepant. Loco enim binorum punctorum, quae lemniſcum conſtituunt, linea utrinque detorta in medio caeditur adinſtar litterae *ſ*; in hypolemniſco vero caeſura lineam non praetergreditur. Scholia autem ſigno crucis ad obelorum ac lemniſcorum diſtinctionem indigitantur, & quibuſdam veluti quadratis, lineis circumductis, clauduntur.

Digitized by Google

V. Quem porro verſio haec habeat auctorem, ab aliis mallem audire. Dubium enim eſt, num a Mar-abba ea repetenda ſit, an vero a Jacobo edeſſeno, a Philoxeno mabugenſi, vel a Paulo Telae epiſcopo, vel a Thoma demum heracleenſi, qui apud Aſſemannum veri interpretis, apud alios ſolius bibliorum emendatoris laudem obtinet. Ad ipſius vero verſionis naturam quod ſpectat, ea graecum plerumque fontem pari cum dignitate refert, preſſeque ſequitur in iis, in quibus ab hebraeo diſſentit. Ita exempli gratia v. 5 Pſ. XL, cujus apographum a clariſſimi Brancae humanitate nuperrime impetravimus, ut ad Kennicottum mitteretur, interpres noſter vertit ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ *nomen Domini*, LXX ſecutus, qui pro *ſcam* legentes *ſcem*, verterunt *τὸ ὄνομα κυρίου*. Congruit ſimplex ipſa ex hebraeo petita. Quandoque primigenia verba emollit, ac mitius interpretatur, ut v. 13 *iniquitates meas*, reddit ܠܐ ܢܡܘܣܝ̈ܐ ܕܝܠܝ *non judicia mea*. Interdum a graeco ipſo fonte recedit. Sic v. 9 commemorati Pſ., ubi *ὁ Θεός μου* legunt LXX, poſſeſſivum pronomen 1 perſonae negligens vertit ܐܠܗܐ, illudque praeponit, quod idem fit verſ. poſtremo. Aliquando paraphraſtam agit, nonnullaque proprio marte addit, quae in graeco deſiderantur. Sic v. 10 ej. Pſ. poſt *Domine, tu noſti*, addit ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܠܝ *juſtitiam meam*, & v. 17 poſt verba illa *qui diligunt ſalutem tuam*, rurſus addit ܒܟܠ ܙܒܢ *omni tempore*. Quod idem additamentum legitur etiam apud arabem. Modo cum graeco ac ſimplici hebraicum textum exprimit, qualis non in hodiernis, ſed antiquiſſimis editionibus, atque in accuratioribus codicibus continetur, ut conſtat ex eodem v. 17. Nam verbum יאמרו *dicent*, quod legunt recentiores editiones, vertit ܘܢܐܡܪܘܢ expreſſa conjunctione, ut plane exprimunt octo ex mſs. meis codicibus melioris notae, quatuor integrorum bibliorum, tres agiographorum, unus ſolius pſalterii, & ex vetuſtioribus quas poſſideo, editionibus Pſalterium 1477, Machazor soncin. 1486, Pſalt. neapol. 1487, Biblia brixienſia 1494, Biblia antiqua abſque anno & loco XV ſeculo edita, Pſalter. quadruplex lugdunenſe 1530. Nec dubito quin ita etiam legat baſileenſe 1516, quod nuperrime humaniſſime mihi conceſſit cl. Tychſen, ſed quod in manus meas adhuc non pervenit. Hanc eandem lectionem ſervant bini codices erfurtenſes, codex sorbonicus, dreſdenſis, regiomontanus, caſſellanus, editio Munſteri, niſſeliana, Pſalter. Potkenii, & trilingue Petri Artopaei (*). Aliquando melius refert

(*) Conſulantur Biblia halenſia ad pſ. lxx, Lilienthalius in Comm. hiſtor. critic. mſs. codd. regiom., ill. Michaëlis in Collegio critico, ac Diederichius in Specim. var. lect. codicum erfurtenſium in pſalmis.

Digitized by Google

heb. textum, quam LXX ipſi retulerint. V. 14 ej. Pſalmi *Domine*, *ad adjuvandum me reſpice*, πρόσχες legunt LXX. Noſter legit ܐܣܬܪܗܒ *feſtina*, *accelera*, juxta heb. textum, qui habet חושה. Simplex ſenſu plane contrario legit ܒܨܦܪ *mane*, ut vertit Erpenius, vel *expecta*, ut reddit Gabriel ſionita. Nec porro unus hic eſt locus, in quo melius heb. text. noſtra haec verſio referat, atque accuratius, quam ſimplex. Verſ. 4 c. Pſal. ſimplex habet *Deo*, noſtra *Deo noſtro* juxta H. T., illa *ut videant*, haec *videbunt* juxta heb., illa *laetentur*, haec *timebunt* juxta eundem heb. text., in quo extat ייראו. Verſ. 6 ſimplex *Deus noſter*, noſtra *Deus meus*, ut plane habet heb., & v. 10 *juſtitiam tuam* legit ſimplex, noſtra vero *juſtitiam* ſimpliciter, ut in hebraeo. Rurſus *non prohibebo* juxta hebraeum haec habet, quum illa legat *non prohibui*. Tandem v. 18 *Dominus ſollicitus eſt mei*, legit noſtra verſio cum H. T., ſimplex vero ſenſu plane diverſo *Domine mi*, *cogitaverunt adverſus me*. Plura non congero. Quidquid enim contra ſentiat Gabriel ſionita, ſimplicem hodiernam a ſuo fonte ſaepe diſſidere ſyris ipſis ac doctioribus criticis perſuaſum eſt, idque exemplis luculentiſſimis parte 1 Horrei ſui myſteriorum demonſtrat Bar hebraeus, unde nonnulla in Critica ſua ſacra protulit Carpzovius.

VI. Ex his facile noſtrae hujus verſionis indoles ac conditio colligi poteſt. Modo ad codicem ipſum redeamus, qui hac epygraphe explicit: ܐܬܢܣܒ ܘܐܬܥܒܕ ܗܢܐ ܡܢ ܨܚܚܐ ܕܐܘܣܒܝܘܣ ܘܕܦܡܦܝܠܘܣ. ܠܘܬ ܗܘ ܕܐܦ ܬܪܨܘ ܗܢܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܟܬܒܐ ܕܐܘܪܝܓܢܝܣ *Deſumptus eſt*, *& effictus ex exemplari Euſebii & Pamphili*. *Ad ejus ſcilicet normam*, *quod ipſi emendarunt ex bibliotheca Origenis*. Extant etiamnum codices nonnulli graeci hexaplares, qui ſub finem dicuntur correcti ab Euſebio & Pamphilo. Ejuſmodi eſt codex olim jeſuiticus, de quo multa Monſauc. in Palaeogr. graeca pag. 225. In eo enim ante Ezechielem haec nota conſpicitur: Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιωρθώσαντο, *Pamphilus & Euſebius correxerunt*. In noſtro porro codice ii dicuntur correxiſſe ex bibliotheca Origenis, ſcilicet ex exemplari Origenis manu deſcripto & emendato, quod in ejus bibliotheca ſervabatur. Ita in comm. codice graeco non modo legitur eum correctum fuiſſe ex Tetraplis Origenis, quae ejus manu emendata & ſcholiis illuſtrata ſunt, ſed expreſſe Euſebium ipſum ſcholia adjeciſſe, ut conjectari jam liceat ſcholia noſtri codicis, ſaltem pleraque, eundem Euſebium habere auctorem. Pleraque, inquam. Quum enim in delectu opinionum plerumque divortia fieri ſoleant, ut ſcite iterum obſervatum eſt a Monſauconio, alius aliud annotandum putat, fitque, ut in variis codicibus lectiones variae deſcriptae ſint, ita ut pauci reperiantur mſs., qui eaſdem repraeſentent. Aetatis autem nulla quidem mentio fit in allata

Digitized by Google

epygraphe, ſed ex aera maſiano appoſita, qui Alexandriae anno ab Alex. magno 927 conſcriptus fuerat, patet jam noſtrum hunc codicem ad VII ſeculi initium eſſe referendum. Etenim annus ille in annum incidit Chriſti DCXV. Haec de codice ambroſiano, qui, ut ex latina recentiori epygraphe eruitur, *emptus eſt ex monaſterio ſanctae Mariae matris Dei in deſerto Schitin, quod eſt monaſterium chaldaeorum*. Jam vero quod hic ſiſtimus ſpecimen, ſacris bibliophilis pergratum fore, non ſolum ex tot eruditorum votis auguror, quibus hexaplaris hujus verſionis, qualis maſiano codice continebatur, uſum & editionem peroptare ii viſi ſunt, ſed ex iis potiſſimum, quibus ambroſianam hanc noſtram edi nuper datis ad me litteris ſummopere exoptant doctiſſimi in Anglia critici Kennicottus ac Brunſius. Illis enim ſingulariſſimi hujus monumenti notitia in mſ. quadam ſuarum diſſertationum ſynopſi ad eos paucis abhinc annis tranſmiſſa a cl. Branca delata eſt, qui in abſolutiſſimo, quem parat, ambroſianorum codicum indice excerptis variis lectionibus, ac critico-palaeographicis diſputationibus illuſtrato, ſuſius ut puto, de hoc codice, ejuſque conditione, ac var. lectionum uſu & praeſtantia aget. Amicorum votis noſtra jam jungimus, quae ſpes eſt maxima, ut nec irrita, nec diuturna eſſe ſinant eruditi ambroſianae bibliothecae cuſtodes, ac doctores, qui non ignorant, quam inſignis ex tanti codicis editione in eccleſiam, ac rem litterarum publicam emanatura ſit utilitas.

Digitized by Google

PSAL. I. HEXAPL.

VERSIO LXX.	*SYRO-ESTR. HEXAPL.*	*LAT. INTERP.*
1 Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,	1 ܛܘܒܢܐ ܗܘ ܠܓܒܪܐ ܕܠܐ ܐܙܠ ܒܡܠܟܬܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ	1 Beatus ille vir, qui non abiit in consilio scelestorum,
2 Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη,	2 ܘܒܐܘܪܚܐ ܕܚ̈ܛܝܐ ܠܐ ܩܡ.	2 Et in via peccatorum non constitit,
3 Καὶ ἐπὶ καθέδρα λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν.	3 ܘܥܠ ܡܘܬܒܐ ܕܡ̈ܚܒܠܢܐ 2 ܠܐ ܝܬܒ.	3 Et super consessu corruptorũ non sedit.
4 Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ,	4 ܐܠܐ̇ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ ܨܒܝܢܐ ܕܝܠܗ.	4 Sed in lege Domini *est* beneplacitum ejus,
5 Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας, καὶ νυκτός.	5 ܘܒܢܡܘܣܐ ܕܝܠܗ ܢܬܗܓܐ 3 ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ.	5 Et in lege illius meditabitur diu noctuque.
6 Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων,	6 ܘܢܗܘܐ ܐܝܟ 4 ܩܝܣܐ ܐܝܠܢܐ ܕܢܨܝܒ ܥܠ ܡܦܩܢܐ ܕܡ̈ܝܐ.	6 Eritque ut lignum plantatum super progressu aquarum,
7 Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.	7 ܗܘ ܕܦܐܪ̈ܐ ܕܝܠܗ ܢܬܠ ܒܙܒܢܗ.	7 Quod fructum suum dabit tẽpore suo.

NOTAE IN TEXT. SYRO-ESTR. HEXAPL.

(1) Ad marginem habetur hoc litterarum compendium ܦ̄ܗ ܗܘ, quo innuitur pſalmum hunc ܦܗ ܦܬܓ̈ܡܐ ܗܘ, ſeu 15 *verſus* complecti, qui accurate hic diſtinguuntur Simplex ſolos 14 numerat. Ea enim pro hemiſtichio habet verſ. *Non ſic impii, non ſic*, quem noſtra graecum fontem ſecuta pro integro recenſet.

(2) Hypolemniſco appoſito varia haec lectio hexaplaris in margine deſignatur, ܐ. ܣ. ܬ. ܕܡܒܙܚ̈ܢܐ, ſcilicet *Aquila, Sym., Theodotio legunt deriſorum*, heb. textum ſecuti, qui habet לצים.

(3) Dictio haec lemniſcum exhibet, hancque origenianam notam in margine

PSAL. I. HEXAPL.

HEBR. TEXT.	*VERS. SYR. SIMPL.*	*INTERP. LAT.*
1 אשרי האיש	1 ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ	1 *Beatitudines suae sunt*
אשר לא הלך	ܕܒܐܘܪܚܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ ܠܐ	*viro, qui in via impro-*
בעצת רשעים	ܗܠܟ.	*borum non ambulavit,*
2 ובדרך חטאים	2 ܘܒܡܪܕܝܬܐ ܕܚ̈ܛܝܐ ܠܐ	2 *Et in consilio pec-*
לא עמד	ܩܡ.	*catorum non stetit,*
3 ובמושב לצים	3 ܘܥܠ ܡܘܬܒܐ	3 *Et super cathedra*
לא ישב.	ܕܡܡܝ̈ܩܢܐ ܠܐ ܝܬܒ ܀	*derisorum non sedit.*
4 כי אם בתורת	4 ※ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ	4 *Sed in lege Domi-*
יהוה חפצו	ܨܒܝܢܗ.	*ni voluntas ejus,*
5 ובתורתו יהגה	5 ܘܒܢܡܘܣܗ ܢܬܗܓܐ	5 *Et in lege eius me-*
יומם ולילה.	ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ ܀	*ditabitur die ac nocte.*
6 והיה כעץ	6 ܢܗܘܐ ܐܝܟ ܐܝܠܢܐ	6 *Erit sicut arbor,*
שתול על פלגי	ܕܢܨܝܒ ܥܠ ܦܬ̈ܐ	*quae plantata est su-*
מים	ܕܡ̈ܝܐ.	*per rivis aquarum,*
7 אשר פריו יתן	7 ܘܦܐܪ̈ܘܗܝ ܝܗܒ	7 *Et fructus suos dat*
בעתו	ܒܙܒܢܗ ܀	*in tempore suo.*

NOTAE IN TEXT. SYRO-ESTR. HEXAPL.

ܢܡܠܠ . ܐ. *Aquilas habet loquetur*. Porro non ſolum Aquilas, ſed etiam Symmachus, & v & vi editio graeca ita legunt. V. Origen. Hexapl.

(4) Hic ad vocem hanc extat obelus & nota ܐ. ܐܝܟ ܩܝܣܐ ܢܨܝܒܐ ܥܠ ܦܘܠܓ̈ܐ ܕܡ̈ܝܐ, ideſt *Aquila habet quaſi lignum plantatum ſuper diviſionibus aquarum*. Quae lectio hebraicae analoga eſt על פלגי מים. Graeci etiam codices hexaplares, qui aetatem ferunt, obelum hic exhibent ad voc. τὸ πεφυτευμένον. Bina alia exhibent ad repetitionem ὀυχ οὕτος, & ad illud ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ut indicaretur haec in hebraicis codicibus deſiderari.

VERSIO LXX.	*SYRO-ESTR. HEXAPL.*	*LAT. INTERP.*
8 Καὶ τὸ φύλλον ἀυτοῦ ὀυκ ἀπποῤῥυήσεται,	8 ܘܛܪ̈ܦܐ ܕܝܠܗ ܠܐ ܢܬܪ̈ܝܢ.	8 Et folia eius non defluent,
9 Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται.	9 ܘܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܢ ܢܥܒܕ ܢܨܠܚܢ.	9 Et cuncta ea quae faciet prospere cedêt.
10 Ὀυχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, ὀυχ οὕτως,	10 ܠܐ ܗܟܢܐ ܪ̈ܫܝܥܐ ܠܐ ܗܟܢܐ ⁵.	10 Non sic, improbi, non sic;
11 Ἀλλ᾽ ἢ ὡς ὁ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.	11 ܐܠܐ ܐܢ ܐܝܟ ܐܒܩܐ ܗܘ ܕܡܕܪܐ ܠܗ ܪܘܚܐ ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܐܪܥܐ.	11 Sed sicut pulvisille quem dissipat ventus a pavimento terrae.
12 Διὰ τοῦτο ὀυκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει,	12 ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܢܩܘܡܘܢ ܪ̈ܫܝܥܐ ܒܕܝܢܐ.	12 Propter hoc non surgent improbi in iudicio,
13 Ὀυδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.	13 ܐܦ ܠܐ ܚܛܝ̈ܐ ܒܡܬܝܥܛܢܘܬܐ ⁶ܕܙܕܝ̈ܩܐ.	13 Nec peccatores in consilio iustorum.
14 Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων,	14 ܡܛܠ ⁷ܕܝܕܥ ܡܪܝܐ ܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ.	14 Quia novit Dominus viam iustorum;
15 Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.	15 ܘܐܘܪܚܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ ܬܐܒܕ ܀	15 Via vero improborum peribit.

NOTAE IN TEXT. SYRO-ESTR. HEXAPL.

(5) Origenes, Theodoretus aliique jam obſervarunt repetitionem hanc non haberi in hebraeo, neque apud interpretum quempiam, exceptis LXX. Simplex, qualis ex Gabrielis sionitae editione in pariſien. ac londin. Polygl. extat, eam non habet, ſed erpeniana editio eam legit, ut & alia multa cum LXX conſona, ut ob id videatur temporis ſucceſſu ad eoſdem emendata.

(6) Duplex ibi ſignum appoſitum. Alterum quidem, quod ſequens ſcholium reſpicit in margine notatum. ܒܪܫܝܥܐ ܐܬܡܣܡܣ : ܐܦ ܠܐ ܡܛܝܐ ܒܡܬܝܥܛܢܘܬܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ . ܐܣܛܪܛܝܐ ܟܠܗ ܡܬܚܫܒܝܢ ܡܬܚܫܒ . ܒܙܕܝ̈ܩܐ ܗܘ ܡܢ ܟܠܗ

HEBR. TEXT.	*VERS. SYR. SIMPL.*	*INTERP. LAT.*
8 ועלהו לא	8 ܘܛܪ̈ܦܘܗܝ ܠܐ	*8 Foliaque eius non*
יבול	ܢܬܪܬܘܢ.	*defluunt,*
9 וכל אשר יעשה	9 ܘܟܠ ܕܥܒܕ	*9 Et omne quod agit,*
יצליח.	ܡܨܠܚ ܀	*completur.*
10 לא כן הר	10 ܠܐ ܗܟܢܐ ܪ̈ܫܝܥܐ ܠܐ	*10 Non sic, iniqui,*
הרשעים	ܗܟܢܐ.	*non sic;*
11 כי אם כמוץ	11 ܐܠܐ ܐܝܟ ܥܘܪܐ ܕܡܕܪܐ	*11 Sed sicut gluma,*
אשר תדפנו רוח.	ܪܘܚܐ ܀	*quam dissipat ventus.*
12 על כן לא יקומו	12 ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ	*12 Propter hoc non sur-*
רשעים במשפט	ܢܩܘܡܘܢ ܪ̈ܫܝܥܐ ܒܕܝܢܐ.	*gent iniqui in iudicio,*
13 וחטאים בעדת	13 ܘܐܦ ܠܐ ܚܛܝ̈ܐ	*13 Neque peccatores in*
צדיקים.	ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܀	*coetu iustorum.*
14 כי יודע יהוה	14 ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘ	*14 Quia cognoscit Do-*
דרך צדיקים.	ܡܪܝܐ ܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ.	*minus viam iustorum;*
15 ודרך רשעים	15 ܘܐܘܪܚܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ	*15 Via autem impio-*
תאבד.	ܬܐܒܕ ܀	*rum peribit.*

NOTAE IN TEXT. SYRO-ESTR. HEXAPL.

ܕܩܕܝܫܐ ܐܬܢܣܝܘܣ ܡܛܠ. ܒܡܠܟܐ ܕܝܢ ܐܚܪܝܐ ܢܬܪܥܐ ܡܠܟܐ ܠܙܕܝܩܐ *S. Athanaſii. Nec peccatores in conſilio vel deliberatione juſtorum. Poſtremo enim de iis cogitabit, vel deliberabit: nam juſtis de regno ſuo dat, peccatoribus vero dixit: convertentur peccatores in foveam, vel detrudentur in infernum.* Altero vero ſigno Aquilae lectio indicatur. ܒܟܢܘܫܬܐ. ܐ *A. in congregatione.* H. T. & Theod. cum eo conſentiunt.

(7) Alterum ſcholion ad h. v. in margine exhibetur. ܬܘܒ ܕܗܘ ܕܗܘ. ܫܘܚܠܦܗ ܕܡܝܩܪ ܣܝܡܬܐ. *Iterum ejuſdem* (Athan.). *Quia novit immutationem ejus qui colit & honorat theſaurum, vel pecuniam.*

!!

VA1
1526809

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL
VITT EMA
16
C
2